

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Theol.  
D. & P. Omnim ordinum Cives Academicos Ad Festum Solemne Sancti Spiritus,  
Feriis his Pentecostalibus pie sobrieque celebrandum Serio hortatur**

Rostochii: Kilius, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735986584>

Druck    Freier  Zugang



132.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**MICHAEL COBABUS,**  
S. S. Theol. D. & P.

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS

*ad*

Festum Solemne

**SANCTI SPI-  
RITUS,**

Feriis his Pentecostalibus piè so-  
briequè celebrandum.  
Serio hortatur.



ROSTOCHII,  
Typis, JOHANNIS KILI, Universit. Typogr.  
Anno M DC. LXXIII.

1673

R.U.-Prog. 1673/6



.sc.

Olemnis dies Pentecostes nos de  
multis rebus admirandis, utilib⁹, &  
necessariis commonefacit, quibus  
ad vitæ sanctimoniam, invocationem,  
& glorificationem DEI, humilitatis,  
modestiae, sobrietatis, perseverantiae in bono, aliarumq; vir-  
tutum amorem invitamur, & accendimur. Duæ au-  
tem illustres, & admirandæ DEI manifestationes die  
Pentecostes Sacratissimo, & verè memorabili factæ  
sunt. In Veteri Testamento anno à primâ creatione  
2453. die 50. post Pascha primum DEUS in cacumine  
montis Sinai, congregatis omnibus Israëlitis tanquam  
testibus tantæ rei, inter fulgura, & tonitrua legem, quæ  
esset vitæ humanæ norma, singulari majestate, & voce  
terribili cum clangore tubæ, populo Israëlico tremen-  
te, metuquè exanimato, solemniter promulgavit. Etsi  
enim Lex immota, & æterna justitiæ divinæ regula in  
ipsâ creatione homium mentibus inscripta, & in Ec-  
clesiâ DEI semper voce divinâ patescata, & repetita  
est; tamen, cum mens humana per peccatum densis-  
simis tenebris sit involuta, DEUS solemni, & admiran-  
dâ promulgatione integrum Legis notitiam instaura-  
vit, ut illa, quæ per peccatum corrupta, & extincta e-  
rant, iterum manifestaret, suamquè iram adversus  
peccatum, omnibus monstraret, atque eo modo adve-  
ram nostræ infirmitatis agnitionem nos dederet,

ut

ut, peccato agnito, ad Christum confugeremus, qui nos liberavit à maledicto factus pro nobis maledictum, sequè Legi subjicit, ut eos, qui sub Lege erant, redimeret. In Novo Testamento Die Pentecostes, ingenti Hominum concursu ex omnibus terris frequentato in monte Sion Urbis Hierosolymæ admirandâ prorsus ratione Servator noster, cum in cœlum ascendisset, suis Apostolis misit Spiritum Sanctum, specie visibili, Spiritum Patri, & Filio coæternum, coëssentiale, unius ejusdemq; gloriæ DEUM, qui à patre & Filio procedit, qui est creator omnium, cordumquè scrutator, qui locutus est per Sanctos Prophetas, & nos per verbum, & Sacra menta regenerat, illuminat, & Sanctificat, qui accendit in nobis veram DEI agnitionem, invocationem, & cæteras DEO placentes Virtutes, ut, voluntate DEI bonâ probata, ei nos fistamus hostiam vivam, Sanctam, & acceptram. Hic repente sonitu velut venti vehementis flatu in dissestis Linguis flammatibus sese conspiciendum præbuit, ac omnes virtute suâ replevit, sed itquè super singulos, atque per illos, quibusque donis ac Linguarum peregrinarum extraordinario, & necessario dono instrutos, prout placuit, locutus est magnalia DEI. Hic Sanctorum Apostolorum corda verâ animi fiducia adeò corroboravit, ut absque omni trepidatione in publicum prodierint, & constantissimè Evangelium annunciarerint, cùm Judæis, tûm gentibus, nihil nequè Edi-

cta

cta Concilii Seniorum Israël, neque plagas, neq; mor-  
tem ipsam formidantes. Hic non tantum Sanctos A-  
postolos, sed etiam alios fideles variis donis exornat,  
nam huic quidem, ait Paulus, per Spiritum datur sermo  
Sapientiae : alii verò scientiae secundum eundem  
Spiritum : alii verò fides per eundem Spiritum:  
alii verò scientiae secundum eundem Spiritum ;  
alii verò fides per eundem Spiritum : alii verò dona  
sanationum per eundem Spiritum: alii verò facul-  
tates edendarum virtutum : alii verò Prophetia: alii  
verò discretiones Spirituum : alii verò genera Lingua-  
rum: alii verò Interpretatio Linguarum. Sed omnia  
hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens sin-  
gulis, prout vult. Hic testimonium dat Spiritui no-  
stro, quod simus filii DEI, & cum fiduciâ clamare pos-  
simus Abba Pater. Corda agnitione misericordiae di-  
vinæ lœticat, & tranquillitate conscientiae, quæ vitæ  
cœlestis initium est, suaviter perfundit. Dilectione  
DEI, & proximi, ac Spirituali fortitudine nostra corda  
accedit, ne periculis, minis, armis, cruciatibus & sup-  
pliciis deterreamur, & frangamur, sed ut timiditate,  
depositâ animosi stemus, & pro justitiâ, ac DEI gloriâ,  
etiamsi fremat mundus, & orcus, fortiter, & intrepidè  
pugnemus. Furores iræ, libidinum, incendia, turpi-  
tudinem, & efferos mores, distortos affectus, omnes-  
quæ immoderatos motus DEO adversos, & tam pu-  
blicæ

blicæ, quām privatæ rei pēnitiosos in nobis comprimit  
& emendat; motus autem divinæ voluntati congruentes in nobis excitat, & fideles in unitate fidei congregat. Infirmitati nostræ in rebus adversis oportulatur, & pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus, in, spirans nobis desiderium Sanctum, & affectum pium- ut ipsi obsequentes secundum Spiritum ambulemus: fidem Bonorum Operum studio, vitæ quæ Sanctimoniâ demonstremus, omnique virtutum genere legi divinæ obtemperare annitamur, militemus bonam, militiam, retineamus fidem, & bonam conscientiam. Etsi enim dona Spiritus Sancti in nobis non sunt in summo gradu, cum peccatum nobis adhæreat; consilia ta- men, studia, & actiones nostras ipse in nobis ita mode- ratur, ut novus homo principatum obtineat; Vetus autem coërceatur, & dometur. Illis igitur Spiritus Sanctus non datur, qui carnis cupiditatibus securè indul- gent, & peccata manifesta ex lege nolunt agnoscere. Quemadmodum enim vulnus non curatur, cum tegi- tur, vel dissimulatur; ita conscientiæ angores per Spir- tum Sanctum non auferuntur, cum sordes negantur, & judicium DEI contemnuntur. In fidelium autem cor- dibut operatur charitatem, gaudium, pacem, bonita- tem, benignitatem, & similia. Nam fructus Spiritus, ait Apostolus, est charitas, gaudium, pax, bonitas, lenitas, benignitas, fides, mansuetudo, temperantia, fructus e- nem Spiritus situs est in omni bonitate, justitiâ, & ve- ritate,

ritate. Hæc & similia, quæ plura, & præstantiora, sunt, quām ut cogitatione assequi, multò minus humani sermonis penuriā eloqui qvis valeat, hodierna Festi solemnitas nobis in verā pietate considerandæ, meditanda, & cordibus nostris infigenda proponit, atque à nobis postulat, ut conciones, lectionesq; Sacras hisce diebus totoquè vitæ tempore reverenter, assidue, & attentè audiamus, meditemur, & totam vitam nostram ad præscriptum verbi divinitus traditi insti- tuamus. Hortamur igitur, & obsecramus Cives nostros ut voluntati divinæ novâ obedientiâ obtemperent, & à Spiritu Sancto se doceri, & regi, ardentibus votis pe-tant, hoc Festo, & sequentibus vitæ temporibus: Nam Spiritus Sanctus est Spiritus gratiæ, qui restatur in fi-delium cordibus de gratiâ comprehendente regenerationem, remissionem peccatorum, donationem ju-stitiæ, & vitæ æternæ, liberationem ab irâ DEI, & Legis maledictione: est Spiritus Sanctificationis, Spir-itus DEI, Spiritus Filii DEI, Spiritus adoptionis, Spiritus potentia, & dilectionis Fœdissimæ igitur turpitudinis, & extremæ iniquitaris est, hoc Festo, quod nos com-monefacit, de Christi ineffabili erga nos bonitate, ani-mum non excitare ad pias meditationes, gratiarum actionem, & ardentes preces, ut Spiritus Sanctus in cordibus nostris jugiter habitet, mentes, Studia, confi-lia, & actiones nostras ita gubernet, ut DEO sint gratæ, ac legi ipsius conformes, nobisque, & aliis salutares;

Nam

Nam Spiritus Sanctus in cordibus nostris vult excitare hodiè, omniqùè tempore, verum timorem DEI, veram fidem, & agnitionem misericordiæ, qvam nobis æternus pater propter filium promisit, mentesqùè nostras illuminare, ut mores nostros ad veram pietatem, & modestiam componamus, & quicquid honestati, ac Virtuti viam præcludit, seduli effugiamus, sicut hujus Festi solennitas, & nostra religio postular. Ceterum autem est, iis tantùm dari multiplicem Spiritus Sancti gratiam, qui ipsam appetunt, & desiderant, nulloqùè fastidio repudiant, eosqùè esse vera Spiritus Sancti domicilia, qui resistunt vitiosis inclinationibus, dubitationibus & similibus, sicut Apostolus docet: Si actiones carnis Spiritu vivificabitis, vivetis. Fugiamus igitur peccata, quæ gratiosissimum illum Hospitem, cujus templum sunt corpora nostra, à nobis expellunt, ejusqùè habitationem contaminant, & dignitatem nostri ordinis deformant. Nam peccati servitute nihil est deformius: ipsum peccatum in se est turpe, & abominandum, est ~~ἀναγροία~~ impuritas, est ~~ἀρρώσια~~ ~~εἰς ἀνομίαν~~ aberratio ad aberrationem. Ei, qui servit, intristissimo, & abjectissimo statu versatur, & damnatorię sententia legis, mortiquè æternæ subjacet, ac restatum facit, se carere fide justificante, & indignum esse conversatione fidelium, neq; à bono Spiritu gubernari. Peccato autem serviunt omnes, qui repugnante conscientia, in illius tenebris, & voragine semetipso turpissimè detinent: qui non agnoscunt, neque considerant, quam auguste, plane q; cælesti vocatione vocati sunt ad cœtum & communionem sanctorum, sequè virtute Spiritus Sancti adversus insidias, & technas hostis infernalism, ac mundi peccati q; blanditias munire detrectant. Omnes fatemur, DEUM hodie multis plagiis Christianos a peccatis notoriis ad veram pénitentiam, vitæq; sanctimoniam retrahere. Ecclesia justissimè dolet, quod perniciosissimis opinionum & certaminum confusionibus non tantùm multa bona ingenia.


a stu-

a studio Veritatis Evangelicæ absterreantur, sed etiam Politici & Principes Viri ita perturbantur, ac offenduntur, ut animo alieniore erga veram religionem efficiantur. Quemadmodum enim nihil jucundius, nihil utilius est studio doctrinæ Evangelicæ, quæ DEUS se, suamquè voluntatem nobis benignè manifestavit; ita nihil tristius, nihil pernitosius piis mentibus accidere potest, quæ cum audiunt, Concordiam in Ecclesiâ Christianâ, certaminibus, Diaboli instinctu, scindi, & contentionibus conturbari. Neque quis tam ferus esse potest, qui non mæstissimo pectore intueatur tristissimos casus, & calamitates horum temporum, quibus integræ provinciæ, & civitates innumeræ concutiuntur, atque Scholæ & Ecclesiæ bene constitutæ labefactantur, & diruuntur. Satis spectata, & audita est atrocissima Turcarum, aliorumquè hostium Tyrannis, & horribilis immanitas innumeros homines Christianos crudeliter mactans, & in tristissimam, ipsaq; morte graviorem servitutem abigens, & vendens. Nihil itaque magis necessarium est, quam ut deploremus nostram negligentiam, quod beneficia immensa Spiritus Sancti non debita devotione consideramus neque nos excitamus ut reverenter, & submissè, sicut pias mentes decet, petamus tanta Spiritus S. bona. Hanc negligentiam nostram nunc ipsi accusemus, & pie deploremus; Discamus servire DEO, & nos excitare promissionibus divinis Spiritus Sancti gratiam afflictis, & contritis pollicentibus.

P.P. sub sigillo Rectoratus, die 18. May.  
Anno 1673.



Nam Spiritus Sanctus in cordibus nostris  
 omniq; tempore, verum timorem DEI  
 gnitionem misericordia, qvam nobis &  
 filium promisit, mentesq; nostras illum  
 stros ad veram pietatem, & modestiam co  
 quid honestati, ac Virtuti viam præcludit  
 sicut hujus Festi solennitas, & nostra religi  
 autem est, iis tantum dari multiplicem Spi  
 qui ipsam appetunt, & desiderant, nulloqu  
 eosq; esse vera Spiritus Sancti domicilia  
 sis inclinationibus, dubitationibus & simil  
 docet: Si actiones carnis Spiritu vivificabi  
 mus igitur peccata, quæ gratiosissimum illu  
 templum sunt corpora nostra, à nobis ex  
 hibitionem contaminant, & dignitatem ni  
 mant. Nam peccati servitute nihil est def  
 catum in se est turpe, & abominandum, est  
 est ἀρρώστια ἀρρώστια aberratio ad aberration  
 tristissim o, & abjectissimo statu versatur, &  
 tia legis, mortiquè æternæ subjacet, ac test  
 fide justificante, & indignum esse conversa  
 à bono Spiritu gubernari. Peccato aute  
 qui repugnante conscientia, in illius tene  
 metipso turpissimè detinent; qui non agi  
 siderant, quam auguste, plane q; cælesti  
 sunt ad cœtum & communionem sanctor  
 Spiritus Sancti adversus insidias, & techni  
 ac mundi peccati q; blanditias munire d  
 fatemur, DEUM hodie multis plagiis Christi  
 toriis ad veram pænitentiam, vitaq; sancti  
 Ecclesia justissimè dolet, quod pernicioſiſ  
 certaminum confusionibus non tantum n



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]

e hodie,  
 m, & a  
 propter  
 ores no  
 & quic  
 giamus,  
 Certum  
 gratiam,  
 vident,  
 nt vitio  
 postolus  
 Fugia  
 n, cuius  
 squè has  
 s defor  
 um pec  
 puritas,  
 ervit, in  
 senten  
 e carere  
 m, neq;  
 omnes,  
 gine fe  
 ue con  
 vocati  
 virtute  
 fernalis,  
 Omnes  
 atis no  
 rahere.  
 num &  
 ngenia  
 a stu-